



V, 82.

2.417a



CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XXVIII.

VT  
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI  
DOMINI  
**FRIDERICI. CHRISTIANI**  
MARGGRAFII. BRANDENBURGI. PRUSSIAE. DVCIS  
RELIQVA  
PATRIS. PATRIAEC. CLEMENTISSIMI  
INCOLVMITATE. DVCTIS  
PROCERIBVS. CIVIBVS. Q. CVRIAEC  
IN. CVRIANO  
DIEM. XIII. MAI. CCCLXVI  
**CHRISTIANO**  
SACRVM  
DEBITA. PIETATE. CELEBRANDVM  
INDICAT  
**P. D. LONGOLIVS.**

CVRIAEC. REGNITIANAE  
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP



## PARS I.

## HERMVNDVRORVM TERRA AN AD ALBIM?

## Particula III.

## Index dictorum.

§. III. An Albis?

§. V. Num ab eius ortu?

§. VI. Dextrane in ripa?

§. VII. Quantum a Rheno remotus  
HERMVNDVRORVM tractus?

§. VIII. An milliarium?

## §. III.

**H**oc flumine quibus in oris perfundantur HERMVNDVRI,  
docti certant, et ad hoc sub indice lis est. Placet huic 1.)  
ab ortu, alteri 2.) in ripa dextra. Nec inter omnes 3.) conue-  
nit, qua eius parte.

## S. V.

*In HERMVNDVRIS* Albim *oriri*, ex quo fuit pronunciatum, 1.)  
diuerterunt Patres doctorum conscripti. Plurimi fuerunt ad-  
fensi, 2.) Quidam fuerunt tuiti, 3.) Parum exploratum esse,  
censem

1.) Quem conspicias §. V,

2.) Hunc §. VI,

3.) Hos §. VII.

§. V. 1.) Ab isto, qui pene ante  
septemdecim secula de Situ, Moribuset Populis Germaniae suos instituere  
coepit, Cap. XXXI. extr.2.) Ex quorum numero oculis meis  
iam quidem obuersantur Althamerus  
et Willichius ad ista Corneliana, Mc-

censent aliqui, 4.) auctoremque insimulant erroris 5.) paullo du-  
riusculi, 6.) nisi aliquando contigerit, 7.) ut HERMVNDVRO-  
RVM gentis altera pars ab altera discesserit, 8.) ad *Albis*  
fontem fluamine aduerso proprius perrexerit, eamque regionem,  
vbi *Albis* oritur, sibi vindicaret et tenuerit. 9.) Sin minus,  
ista de augescente iam *Albi* ac in nauigabile flumen, quod iuxta

Qq 2 Pirnam

lanthonis Cario in Chron. Lib. III. non  
multum a principio, Spangenbergius  
in Chron. Mansfeld. Cap. XIII. Schop-  
perus in Chorograph. Part. I. Cap. V.  
p. 73. Schmidius in Chron. Cygn.  
Part. I. Seft. I. Cap. I. p. 11. Lucas  
in Memorabil. Silef. Part. I. Cap. III.  
p. 21. et de Princip. S. R. I. Cap. I.  
p. 586. Gundlingius in Hist. March.  
Brandenburg. Lib. I. Seft. I. §. 5. p. 8.  
Rudolphi Goth. Diplomat. Part. V. Lib. I.  
Cap. XVI. §. I. p. 21. Iaegerus de  
Proprietat. Salis Communis Cap. XI.  
p. 18.

3.) Quos inter Albinius in Chron.  
Misnens. Terr. Tit. XXIII. p. 322.  
Conringius in Antiq. Stat. Helmstad.  
p. 63. Lucae de S. R. I. Principib.  
Part. III. Cap. I. p. 587. et Part. III.  
Cap. I. p. 957. Eccardus de Origin.  
German. Lib. I. §. XI. p. 242.

4.) Ut Dubrauius in Hist. Bohem.  
Lib. I. paullo a principio suffragante  
Sarnicio in Descript. Vet. et Nou. Polon.  
sub *Hermannus* Kraufiani exemplar-  
is Dlugosfo adposito Vol. II. p. 1884.  
Pirkeimerus in Locor. per German.  
Explicat. in Schardiana Collectione  
Tom. I. p. 210.

5.) Sic censuit Cluuerius in German.  
Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. et XXXVIII.  
cui calculum suum adiecerunt Pregizerus

de Gen. et Regnor. ex Suevis Contin.  
§. X. in Wegelini Thes. Rer. Suevic.  
Vol. I. p. 265. item Bunauius in Teut.  
Imper. Hist. Part. I. Lib. I. p. 23. de  
Faßkenstein in Antiq. et Memorabil.  
Nordgau. Vet. Part. II. Cap. I. §. XVII.  
sub (a) p. 24. Eccardus de Reb. Franc.  
Oriental. Lib. I. §. X. p. 7. aliqua  
tamen conditione, de Waldenfels in  
Select. Antiq. Lib. XII. Cap. XXIII.  
p. 442. Kirchmaierus ad Tae. German.  
Cap. XXXXI. extr. p. 415. Lacarius ad  
eadem Taciti.

6.) Ita Pertschius in Origin. Voitland.  
Lib. I. Cap. II. p. 18. improbante de  
Ludewig in Script. Rer. Heribopolitan.  
Prolegom. Cap. III. p. 55.

7.) Quod numquam contigisse, ad-  
firmat Gen. de Iulsi in de Exped. Roman.  
per German. §. LXXXIII. subfinitis p. 58.  
atque dudum ante de Ludewig in Script.  
Heribopol. Prolegom. Cap. III. p. 55.

8.) Cui docendo omnes nervos in-  
tendit Schoetgenius in Spicileg. Diplo-  
mat. Saxon. Superior. Part. I. Disser-  
tat. I. §. III. seqq. p. 6. seqq.

9.) In quo consenserint Schoetgenio  
Eccardus de Reb. Franc. Oriental.  
Lib. I. §. X. p. 7. et ille ficticius Ro-  
chezang de Mecern in Bohem. Cap. I.  
§. 6. p. 8.

Pirniam oppidum incipiat, acrecente apud HERMVNDVROS, non autem de origine et scaturigine eius intelligantur, ut non opus sit nimiā HERMVNDVRORVM orientem versū extenſione. 10.) In his tenebris, quae de *Albi* supra 11.) iam adfuere, delati fuerunt ad fontes nunc 12.) *Egra*, nunc 13.) *Muldae*, nunc 14.) *Sala*. Recentissime fuit, 15.) qui 16.) collegit, 17.) quoties Romani *Albim* viderint, id fuisse factum circa Magdeburgum, quod adluit iam collectus ex quatuor amnium praecipuarum *Albi*, *Muldaia*, *Egra* et *Sala*, quorum fluiorum duo posteriores cum in HERMVNDVRIS oriuntur, 18.) *Albi* tribuerunt, quod potioribus fluminibus, quorum effluvio maxime augetur *Albis*, tribuendum. Quod si persuadere, Drusum esse meditatum *Albim* circa Dresdam Saxonum traiicere; 19.) nec illa Cornelianorum valebit excusatio, quam ferme ipse eorum auctor numquam ambiret, 20.) quem non pudet 21.) inge-

10.) Vifum fuit Waldenfelsio in Sele&t. Antiquitat. Lib. XII. Cap. XXIII. p. 443. qui submonitus forte ab Kirchmaiero ad Tacit. Germ. Cap. XXXXI. extr. p. 416.

11.) Sub initium huius §.

12.) Cum Clauerio in Germ. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. Conringio in Disp. de Sale, Nitro et Alumine Th. XIII. Arnoldi de Hermunduris §. XI. Leibnitio ad Tacit. Germ. Cap. XXXXI. extr. Brechenmacherio in Notit. Suev. Antiquit. §. XIII. sub h) in Wegelini Thef. Rer. Suevic. Vol. I. p. 80. Heratio in Notit. Vet. Germ. Pop. Cap. II. §. XVIII. Spenero in Notit. German. Antiq. Lib. II. Cap. II. §. X. sub (t) p. 75. Steffensio in Hist. Vet. Incol. Teuton. Cl. III. p. 193. Geographo Rec. Europ. Itiner. Tom. V. Lib. VI. Cap. III. §. I. p. 753.

13.) Cum ante excitato Arnoldi.

14.) Cum Spenero Lib. V. Cap. VI. §. II. sub (v) p. 121. qui paullo ante n. 12. aliud coniecerat, item de Falkenstein in Antiq. et Memorabil. Nordg. Vet. Part. II. Cap. I. §. XVII. sub (a) p. 24.

15.) Hainischius de Prisca Variscorum Sede §. V. seqq.

16.) Ex Velleii Paternuli Hist. Rom. Lib. II. Cap. CVI. seq. ac Taciti Annal. Lib. II. Cap. XXXXI. n. 2. et Lib. III. Cap. XXXXIII. n. 3.

17.) Fere vt Clauerius in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII.

18.) An in HERMVNDVRIS oriantur *Egra* et *Sala*, disserendi locus erit infra Interſectione II. §. XXIII. et XXVII.

19.) Quo persuadendo totus fuit Gen. de Iusti de Exped. Roman. per Germaniam.

20.) Quod opinantur Menso Altin-

ingenue fateri, Augusti et Tiberii temporibus 22.) notum cum maxime et inclitum, nec tum tamen superatum, 23.) suo autem aevo tantum auditum Albin. Immo quantum temporis interceserat, quo Romani fatebantur: 24.) τὰ δὲ πέραν τοῦ Ἀλβίος τὰ πρὸς τῷ Λίκεανῷ, παντάπασιν ἀγγωστὰ ἦντι εἰσὶν· οὐτε γὰρ τὰν προτέρεων οὐδένας ἴσμεν τὸν παρεπόλουν τοῦτον πεποιηθέντος πόσι τὰ ἐνθῆ μεχεῖ, τὰ μέχει τοῦ σώματος τῆς Καστορίας Θαλάττης, οὐθὲ οἱ Ραμαιοὶ πεζῶθιν παῖς τὰ περιτερέων τοῦ Ἀλβίος· οὐδὲ δὲ αὐτῶν οὐδὲ πεζοὶ παραδεύματον οὐδενες. Quo turpius autem, vel in tam clarissima geographiae luce subinde esse, qui genti, quam permeat, referant acceptum fluminis aliquius fontem longe retro quaerendum; eo minus vitio dabis Romuli nepoti, cui haud integrum fuit, ista Germaniae penetralia adire. 25.) His ambagiis supersederit, qui sibi imperet, 26.) nomen *Albis* arctissimo necessitatis gradu contingere *Sal*, idemque natum esse ex *A*, *Aa*, quae priscis *aquam* significant. 27.) Quam facile tum Tacito *Albis* et *Sala* confundi potuerint, quorum posterior minus inclitus et notus HERMVNDVRIS non intellectis lingua Romanae auri ignota loquentibus? 28.) Quibus autem cru-

Q q 3 cem

gus in Expos. Tab. Ptolem. p. II.  
Cluverius in German. Antiq. Lib. III.  
Cap. XXVIII. Heiniccius de Antiqu.  
Region. Goslar. ambientis Stati §. XIII.  
p. 12. de Ludewig in Script. Rer.  
Heripol. Prolegom. Cap. III. p. 55.  
Weisius in Antiq. Misi. Saxon. Cap. III.  
p. 30. Kirchmaierus et Dithmarus ad  
Tac. German. Cap. XXXXI. arque ali-  
quoties laudatus de Iusti §. LXXXIII.  
p. 58.

- 21.) De German. Cap. XXXXI. p. 4.  
22.) De quibus interpretatur Kirch-  
maierus p. 416.

23.) Ceu pronunciauit Eccardus de  
Origin. German. Lib. II. §. LXVIII.  
p. 418.

24.) Quorum interpres Strabo  
Γεωγράφ. Lib. VII. p. 451.

25.) De quo non sinitur dubitare  
supra Cap. I. Sect. II. Interf. I. prolata.

26.) Suau Schefferi de Vpsalia Antiq.  
Cap. I. et Morhofii in Institut. Ling.  
Teuton. Cap. VI. p. 106.

27.) Quod docuerunt linguae no-  
natae peritissimi Frischius in Miscell.  
Berolinens. Tom. I. de voce *Aa*; Loe-  
scherus in Literat. Celta Thef. XXXV.  
eadem voce p. 63. seq. Keislerus in  
Antiq. Septentr. et Celtic. de Dea Ne-  
halennia §. XXXI. p. 256. seq. Schilte-  
rus Gl. in Thef. Antiq. Teuron. per  
Frikium Tom. III. p. 5.

28.) Vide supra §. II. ante n. II.

cem 29.) iste *Albis* ortus fixerit, viderint, an iam ea vacent, saltem caueant, ne vrbe HERMVNDVRVM 30.) dictam ibi exstruant.

## §. VI.

Dicitur 1.) *Albis* Semnonum HERMVNDVRORVMque fines praeterfluere. Praeterfluxisse autem istum HERMVNDVRROS sinistrorum, 2.) oportet, quoniam haud longe post 3.) his Cattisque certatum fuit de flumine contermino. Hoc in dextra *Albis* ripa qui mihi monstrauerit, erit mihi magnus Apollo. 4.) Quaenam Cattorum vestigia vel leuissima in illa transalbina regione? Trans *Albim* autem incoluerint Catti, si in illo tractu iis atque HERMVNDVRIS de flumine contermino fuerit certatum. Nec flumen gignendo sale secundum illo sub caelo vnumquam se se prodidit. 5.) Denique si huius causa tum demum *Albim* traicere iubeads Cattos, vereor, ut potuerint, fluvio hic altiori atque latiori, ab HERMVNDVRIS, si *Albis* dextram latus texerint, facile arcendos.

## §. VII.

Quem autem *Albis* tractum tum tenuerunt HERMVNDVRI? Eum haec 1.) indicauerint: *Quod numquam antea spe*

29.) Eam autem fixisse agnouit C. Steffensius in Hist. Vet. Incol. Teuton. Cl. III. p. 192.

30.) De qua iam Cap. II. Sect. I. Int. II. §. XLI. et olim in Notit. Hermaundi, plura.

§. VI. 1.) Velleio in Hist. Rom. Lib. II. Cap. CVI. n. 2.

2.) Quod euicisse puto supra hoc Cap. III. Sect. I. Intersect. I. Part. III. §. III.

3.) Teste Tacito Annal. Lib. XIII. Cap. LVII. n. 7.

4.) Talis habeatur S. R. Anchise-nius de Valli Hertha Part. I. Cap. III. §. 21. p. 108. existimans in recta ripa trans Albim habitantes post ea cis Albim in sinistram fluminis ripam transiisse HERMVNDVRROS gentem vagam.

5.) Quod in sinistra *Albis* ripa se se prodet infra Part. II. N. II.

§. VII. 1.) Velleii Paterculi in Hist. Rom. Lib. II. Cap. CVI. n. 2.

*Spe conceptum, ne dum opere tentatum erat, ad quadringentesimum milliarium a Rheno vsque ad flumen Albim, qui Semnorum HERMVNDVRORVMque fines practerfluit, Romanus cum signis perductus.*

## §. VIII.

Parum tamen lucis dederint prius, quam istud 1.) memoratum milliarium non dum sit bene cognitum. Hoc frequentissimum priscis 2.) Latii sermone vtentibus, Graeciae vero μέλσοι, 3.)

## Quae

1.) Superiori §.

2.) Praeter eundem Paterculum et Lib. II. Cap. XXVII. n. 2. Cap. XXXI. n. 2. ipsi Tullio ad Attic. Lib. VIII. Epist. VIII. et in Bruto Cap. XIII. Valerio Maximo in Fact. Dict. Memorabil. Lib. I. Cap. VIII. n. 4. Plinio maiori in Hist. Nat. Lib. III. Cap. V. n. 9. Plinio iuniori Lib. X. Epist. LXXXI. n. 1. Tacito in Hist. Lib. I. Cap. XXVII. n. 3. (non Cap. 73. vt in Gesneriano Thef. L. I. Tom. III. p. 283.) Suetonio in Neron. Cap. XXXVIII. in Othon. Cap. VI. in Vespaſian. Cap. I. Frontino de Agrar. Qualitat. in Exposit. Formar. inter Autores Rei Agrariae p. 29. Eutropio in Breuiari. Hist. Roman. Lib. I. Cap. III. n. 1. Cap. III. n. 2. Cap. VII. n. 2. et 7. Cap. XIII. n. 2. Cap. XV. n. 1. Cap. XVII. n. 2. Cap. XVIII. n. 3. Lib. II. Cap. II. n. 2. Cap. III. n. 1. Cap. XII. n. 1. Lib. III. Cap. VIII. n. 1.

Casiodoro in Var. Lib. VI. Cap. III. Isidoro in Orig. Lib. XV. Cap. XVI. Vopisco in Probo Cap. VIII. Gregorio M. Lib. VII. Epist. VI. Auctori Pasionis S. Hilariæ cet. in Opp. Velfer. p. 479. item l. I. §. 4. D. de Offic. Praef. Vrbi, l. 42. D. de excusat. tutor. l. 4. §. 1. D. de hered. instituend. l. 154. D. de V. S. in Mosai- carum et Romanarum Legum Collatione Tit. XLIII. Sect. III. atque in inscripione vetusta in Sponii Miscell. Sect. VIII. p. 270.

3.) Vel in facris paginis Matthaeo in Evangelio de Chrifto Cap. V. §. 41. Hesychio h. v. Suidae h. v. et sub Σταδίον. Dioni Casio Παρμαν. 1502. Lib. LI. p. 737. Straboni Γεωγραφ. Lib. VII. p. 496. seq. Plutarcho in Gracch. p. 838. Eutropii Metaphraſti Pacanio Lib. I. Cap. III. n. 1.

◎ ◎ ◎

Quae restant huius negotii, referuo natali **OPTIMI PRINCIPIS**, cuius nominalis iam nostris est indicendus. Hunc, qua decet pietate, obire finant studia liberalia amantes.

**IOANNEM FRANCISCVM MVLZERVVM** Thiersteinensem carmine vernaculo *Quiritium vitae rationi Teutonum prisorum anteferentem.*

**IOANNEM CHRISTIANVM FRIDERICVM ENDELIVM** Kozauiensem ore Latii, *ex omnibus naturae regnis regnum, quod dicunt, vegetabile diuinam gratiam clarissime hominibus admirandam offerre, monstrantem.*

**ERNESTVM ABRAHAMVM WIRTHIVM** Culmbacensem lingua patria nostro seculo gloriam potius rei herbariae omnium saluberrimae notitiae vindicantem.

**FRIDERICVM TRAVGOT WETTENGELIVM** Aschensem Latinę, *vernali nullum anni tempus potius prodere summi Numinis sapientiam, ostendentem.*

**FRIDERICVM CHRISTOPHORVM RENTSCHIVM** Curiensem carmine Maroniano vota publica nuncupantem.



Yb 4473

KD 18

ULB Halle  
006 302 904

3



2c





B.I.G.

### Farbkarte #13

CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XXVIII

VT  
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI  
**DOMINI**  
**FRIDERICI. CHRISTIANI**  
MARGGRAFII. BRANDENBURGI. PRVSSIAE. DVCIS  
RELIQVA  
PATRIS. PATRIAEC. CLEMENTISSIMI  
INCOLVMITATE. DVCTIS  
PROCERIBVS. CIVIBVS. Q. CVRIAE  
IN. CVRIANO  
DIEM. XIII. MAIL. CIOICCLXVI  
**CHRISTIANO**  
SACRVM  
DEBITA. PIETATE. CELEBRANDVM  
INDICAT  
**P. D. LONGOLIVS.**

CVRIAE. REGNITIANAE  
LITERIS, IOANNIS. ANDREAE, HETSCHELI  
GYMN, TYP